



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Avgvstini Archiepiscopi Tarraconensis Dialogorum Libri Duo de emendatione Gratiani

Agustín, Antonio

Parisiis, 1672

XIV. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10634

citat ex Eleutherio, cap. autem 329. citat ex Felice primo,

(13) Inscriptio capitis tertij *Statuimus.* 20. q. 2. in eodem libro hæc est: *Vnde Eutythianus Papa ait.* In margine est: *Conc. Paris. l. 1. c. 43. & Capitul. l. 1. c. 76. Concor. Burch. l. 8. c. 17. Ivo p. 7. c. 38. Pann. l. 3. c. 194.*

(14) Est etiam capitis extremi 22. q. 1. in eodem libro inscriptio: *Vnde Eutythianus Papa. Predicandum est etiam &c.* In margine est: *Poly. l. 6. tit. 11. Ans. l. 11. c. 71. Burch. l. 12. c. 14. Ivo p. 12. c. 71.* In Notis: *Burchardus etiam, Polycarpus, & Ivocitant ex Eutythiano. Inventum verò est inter quoddam capitula Theodulphi Episcopi Aurelianensis ad suos Presbyteros scripti (Malo scripta) cap. 26. que in antiquo codice Roma habentur. Neque oret] Additum id est ex Theodulpho, Burchardo, & Ivone.*

DE EADEM RE.

Dialogus decimusquartus.

C. S U N T ne aliæ falsæ inscriptiones apud Gratianum? Nam de ceteris collectoribus nihil moror. A. Sunt quidem adhuc reliquæ non pauca. Vides enim nos in Eutythiano finem fecisse, & nunc de aliis Pontificibus dicendum nobis esse, item de Conciliis, de quibus nihil adhuc locuti sumus. Sed cur tu aliorum librorum emendationem præter Gratianum contemnis? An non illos scis priores fuisse & pænè ejusdem magistros? C. Fateor ita esse ut dicis. Sed cum hujus libri usus frequentior sit, hunc cupio habere maculis omnibus perpurgatum. A. Quid autem B. nostro videtur? B. Meam

sententiam non requiras. Odi enim horum omnium imperitiam & cœcitatē. Sed tu redde nobis quod de fragmentis reliquum est. Valde enim delector cū te video invenisse fontes horum fragmentorum. A. Utinam licuisset omnium fontes adire. Neque enim adeo in quibusdam laborarem. Post Concilium Ancyranum ex codice sexdecim librorum duo capita relata sunt, quorum initium est, prioris, *Si quis liber*, posterioris, *Vt Episcopi*. Illud apud Burchardum *a* & Ivonem *b* inveni ut ex Concilio Nannetensi, apud Anselmum *c* verò ex Ancyrano inscriptum. Alterum apud eosdem Burchardum *d* & Ivonem *e* ex Concilio Anquirensi cap. 1. ut etiam refert Gratianus *f*. Magna pars hujus posterioris capituli reperta est apud Aurelium Augustinum in libro de spiritu & anima cap. xxix. Damaso in Concilio Romano adscribi vidi in libro quodam Michaelis Thomasi, ex veteri libro in quo vita ejusdem Pontificis conscripta est. (1) Marcelli Papæ fragmentum, cujus initium est *Nullus Episcopus*, Juliani Antecessoris est Novella cxxiii. cap. x. Bonifacio Papæ adscribit Burchardus *g*. Sed Ivo *h* & Bonifacio & Novellis, Gratianus *i* Marcello. (2) Eusebij Papæ fragmentum, *Consulto omnium statuimus*, Silvestri Papæ est in epilogo Romani Concilij, ut etiam Demochares notat. Eusebio adscribunt Burchardus *k* & Ivo in excerptionibus *l*, Eusebio & Silvestro Ivo in panormia *m* & Gratianus *n*, Silvestro Anselmus Lucensis

a Burch. lib. 6. c. 17.

b Ivo par. 10. c. 146. decr.

c Ansel. lib. 11. c. 54.

d Burch. lib. 10. ca. 1.

e Ivo lib. 8. tit. 6. c. 6. panorm. & par.

11. c. 30. decr.

f 26. q. 5. c. 12. Episcopi.

g Burch. lib. 1. cap. 168.

h Ivo par. 5. c. 278. & 369. decr.

i 11. q. 1. c. 8. Nullus.

k Burch. lib. 3. c. 99.

l Ivo par. 2. c. 134. decr.

m Ivo lib. 1. tit. 4. c. 39. panorm.

n De consecrat. d. 1. c. 45. Consulto.

o *Anf. lib. 9.*
c. 2.
p *Ivo lib. 4.*
rit. 11. c. 2. pa-
nor.
q *Anf. lib. 3.*
c. 21.
r 11. q. 1. c. 4.
Judices.
f *Burc. lib. 3.*
c. 62.
t *Ivo par. 3.*
c. 25. dec.
u *Idem lib. 2.*
rit. 2. c. 5. pa-
nor.
x *De consecr.*
d. 1. c. 25. De
fabrica.
y *Anf. lib. 5. c.*
91. in addit.
z *Burc. lib. 5.*
cap. 1.

a *Ivo lib. 1.*
rit. 4. c. 24.
panor. & par.
2. ca. 11. decr.
b *Anselm. li.*
9. cap. 53.
c *Tarrac. li.*
5. cap. 1.
d *De consecr.*
d. 2. cap. 7.
Cum omne.
e *Burc. lib. 3.*
c. 1.
f *Ivo lib. 2.*
rit. 1. c. 1. pa-
nor & lib. c.
3. decr.
g *Theodulfus*
ad Presbyte-
ros Aurelia.
cap. 42. & 43
h *Burc. lib. 13.*
cap. 13. & 14.
i *Ivo par. 4.*
cap. 46. & 47
decr.

o. (3) Post Nicænum Concilium fragmen-
tum, cujus initium est *Judices autem*, pars
est capituli xxxiv. epistolæ secundæ Julij Pa-
pæ ad Orientis Episcopos, ex sententia Ni-
cæni Concilij. Ivo in Panormia p & Julio &
Nicæno Concilio adscribit, Anselmus q Ju-
lio, Gratianus r Nicæno Concilio. (4)
Quod verò Julij fragmentum in Concilio est,
cujus initium est *De fabrica verò*, Vigilio Pa-
pæ restituo in epistula prima ad Eutherium
cap. 1 v. quod etiam Demochares notat. &
rectè Burchardus s & Ivo in excerptionibus
t Vigilij nomen referunt. Idem tamen Ivo in
panormia u & Gratianus x Julio adscribunt,
Anselmus y Vigilio. (5) Aliud fragmentum,
cujus initium *Cum omne crimen*, non Julij
esse, sed Concilij Bracarenfis 111. cap. pri-
mum testis est Antonius Demochares. Om-
nibus tamen canonum collectoribus placuit
hæc inscriptio, *Julius Episcopis per Ægyptum*,
Burchardo z, Ivoni a, Anselmo b, Tar-
raconensi c, & Gratiano d. (6) B. Næ tuil-
los rectiùs in Oasin Ægypti relegaveris. C.
Bona verba, quæso. A. Pax sit rebus. Audite
cetera. Quod sequitur, *Ecclesia Græcum no-*
men & c. Isidori Hispalensis est initio libri
primi de divinis officiis, licet Burchardus e
& Ivo f Julio adscripserint. Duo Liberij Pa-
pæ fragmenta Theodulfus g sibi vindicat.
Alterius initium est, *In his jejuniorum diebus*
alterius, *Abstinendum est.* quæ in Concilio
accepta esse dicuntur ex codice sexdecim li-
brorum. Ea habent Burchardus h & Ivo i

b c. 1. & 2. De
his quæ con-
ced. in 3. col-
lect. & c. 8. e.
tit. Greg. 1 X.
c. 12. q. 2. c. 52
Sine excep-
tione.
d. Ans. lib. 7.
c. 192. in ad-
dit.
e. Dist. 81.
cap. ult.
f. Pœnit. Rom.
tit. 8. c. 6.

g. Ans. lib. 8.
c. ult. in Rom.

h r. q. 1. c. 103.
Placuit.

i c. 102. Pla-
cuit ut nul-
lus. ead. q.

k 2 q. 3. c. 4.
Si quis.

l Burc. lib. 15.
cap. 6.

Innocentius III. b & Gratianus, c Africano
Concilio Anselmus d, Collector Concilio-
rum editionis Colonienſis rectè fontes horum
verborum indicavit. (10) Post Concilium
Carthaginense tertium quædam fragmenta
sunt inserta, quibus præponitur illud quod
Gangrenſi Concilio falso Gratianus e & Pœ-
nitentiale Romanum f adscribunt, cujus ini-
tium est *Presbyter si fornicationem*. Concilio
Hibernienſi vindicatur in libro Anselmi Lu-
censis Romano g; &, ut audio, ita inscribi-
tur à Gregorio Presbytero in Polycarpi lib.
iv. titulo de incontinentia Clericorum, Pœ-
nitentiali Theodori in veteri libro Michaelis
Thomasi. Et certè illud Hibernienſe Con-
cilium sub eodem Theodoro Cantuarienſe
habitum est. (11) Fragmentum *Placuit ut
unusquisque* Concilio Bracarenſi ii. cap. vii.
restituatur oportet; licèt Gratianus h Car-
thaginensis quarti esse dicat. Sic etiam erra-
tum est in proximo huic capiti, cujus ini-
tium, *Placuit ut nullus i*, quod ejusdem Bra-
carenſis est cap. iv. Demochares primus
utrumque erratum adgnovit. De alio frag-
mento, cujus initium *Si quis Episcopum*, esse
Concilij Eliberitani caput lxxv. dictum est;
licèt Burchardus & Ivo Carthaginensi, Gra-
tianus k Damaso Papæ adscripserint. (11)
Aliud est, cujus initium *Vt laici contempto-
res*, ex codice xv i. librorum, quem Bur-
chardi collectionis esse credimus. Verba sunt
tituli capitis xiv. Concilij Carthaginensis
primi. Capiti xv. adscribunt Burchardus l
&

& Iv
men
Julia
la cx
Ivo
tiano
Gall
eiden
Julia
Sed i
sunt.
Tros
nifac
Tarr
men
est c
Buro
sis z.

(1)
Anqu
in vet
runta
que in
qui to
quoda
lerata
num i
Dama
vitis j
quam
Dama
jungit

& Ivo m. Post Bonifacij Papæ epistulas fragmentum, cujus initium est *Si inter Episcopos*, Juliano Antecessori restituendum est Novella cxxiii. cap. xxxiv. licet Burchardus n, Ivo o, & liber Cæsaraugustanus p, & Gratianus q Bonifacio in epistula ad Episcopos Gallia adscribant. (13) B. Sunt alia falso eidem Bonifacio adscripta, quæ tu eidem Juliano olim adseruisti. A. Ita est ut dicis. Sed in fragmentis Conciliorum alia aliorum sunt. Fragmentum *Nulli liceat ignorare* Trosleiani Concilij caput quartum est. Bonifacio adscribunt Burchardus r, Ivo s, liber Tarraconensis t, & Gratianus u. (14) Fragmentum *Sicut omnis* Concilij Toletani xi. est caput quartum. Bonifacio adscripserunt Burchardus x & Ivo y & Bernardus Papiensis z. Hic finis esto.

m Ivo par. 16
c. 7. decr.
n Burc. lib. 1.
cap. 57.
o Ivo li. 4. tit.
2. c. 10. pa-
norm. & par.
5. c. 197. decr.
p Cæs. lib. 5. c.
21.
q 6. q. 4. c. 3.
Si inter.
r Burc. lib. 11.
c. 17.
s Ivo li. 5. tit.
3. c. 32. panor.
& par. 14. c.
87. decr.
t Tarr. lib. 5.
cap. 4.
u 12. q. 2. ca. 3.
Nulli.
x Burc. lib. 1.
c. 131.
y Ivo par. 5.
c. 231. decr.
z c. 3. De pre-
sum. in 1. col-
lect.

ADDITIONES.

(1) CAPUT 12. *Episcopi*. 26. quæst. 5. ita in libro Romano inscribitur: *Item ex Concilio Anquirensi cap. 1. In Notis est: Anquirensi*] Sic etiam in vetustis. Burchardus & Ivo habent Ancyrensi. Veruntamen in Concilio Ancyrano Græco aut Latino neque impresso neque manu scripto est inventum; licet qui tomos Conciliorum ediderunt asserant haberi in quodam vetusto codice xvi. librorum partialium. Scelerata] Ferè eadem habentur apud beatum Augustinum in libro de spiritu & anima cap. 28. & in vita Damasi Papæ primi, qua extat Roma in pervetusto de vitis sanctorum codice sancta Maria majoris: ubi postquam aliqua relata sunt ex synodo Romana, in qua Damascus Macedonium & Apollinarem damnavit, adjungitur anathematizatos in ea synodo esse maleficcis.

superstitionibus, & incantationibus servientes. In quibus etiam mentio est harum mulierum, quae putabant nocturno silentio cum Herodiade & innumera multitudine mulierum super bestias equitare & multa terrarum spatia pertransire. Et in margine est: Burc. l. 10. c. 1. & l. 19. Credidisti quod multa. Ivo p. 11. c. 30. Pan. l. 8. c. 75. Et vers. Illud etiam additur: De spiritu & anima c. 28. Desideratur nomen Augustini. Et vers. Siquidem] August. ibid.

(2) In editione Gregoriana inscriptio capitis 8. Nullus Episcopus. II. q. 1. haec est: Item Bonifacius ad Episcopos Gallia. In margine est: Auth. Nullus Episcopus. Cod. de Episcopis & Cler. Burc. l. 1. c. 168. Ivo p. 5. c. 278. & 369. Et in Notis: Hoc adscribebatur Marcello. Sed, ut dictum est in proxima superiore notatione, in vetustis codicibus Gratiani & apud Burcardum & Ivonem par. 5. c. 278. tribuitur Bonifacio. & sic est mutatum. Ferè eadem habentur apud Iulianum Antecessorem Novella 123. c. 10. Quod in aliis, quae nomine Bonifacij citantur, solet evenire. Et in eadem parte c. 369. hoc ipsum caput citat ex libro constitutionum, additis nonnullis verbis quae sunt apud Iulianum.

(3) De consecrat. distin. 1. cap. 46. Romanis haec inscriptio est: Item ex epistola Eusebij Papa & Silvestri. Consulto omnium statuimus &c. Et in margine est: Al. Consultu. Et: Silvester in epilogo Conc. Rom. Idem in Pontificali. Poly. l. 3. tit. 9. Ansel. l. 9. c. 1. Burc. l. 3. c. 99. Ivo par. 2. c. 134. Pann. l. 1. c. 162.

(4) Capitis quarti II. q. 1. inscriptio est in eodem libro: Item ex Nicano Concilio. Iudices autem alij &c. Et in margine est: Poly. lib. 5. tit. 4. Pann. l. 4. c. 109. Et in Notis: In Concilio Nicano hodie canon hic non habetur. Sed fuisse olim plures canones illius Concilij supra dist. 16. cap. Septuaginta est adnotatum; quorum partem refert Iulius in rescripto contra orientales, ubi numero 34. habetur hoc caput, & ex eo citatur in Polycarpo.

(5) Inscriptio capitis 24. Romanis de consecrat. disti. 1. haec est: Item Vigilus Papa ad Eutherium epist. 1. c. 4. De fabrica verò &c. Et in margine est:

Poly. l. 3. tit. 6. Ans. l. 5. c. 81. Burch. l. 3. c. 62. Ivo p. 3. c. 25. Pann. l. 2. c. 14. In Notis: Tribuebatur Iuliano. Sed ex vetustis exemplaribus restitutum est Vigilio, apud quem extat; & ex ipso citant Burchardus etiam & Ivo.

(6) De consecrat. distin. 2. cap. 7. *Cum omne crimen. in eodem libro inscriptio est: Item Iulius Papa Episcopis per Ægyptum. In Notis additur: Apud ceteros collectores legitur, per Ægyptum missis. Sed in Micrologo cap. 19. citatur ex eodem Iulio Episcopis Ægypti. Eadem autem fere habentur nunc in Bracharensi 3. c. 1. & sententia summam collecta in Vuormaciensi c. 4. In margine hæc sunt: Poly. l. 3. tit. 9. Ans. l. 9. c. 53. Burch. l. 5. c. 1. Ivo p. 2. c. 11. & 12. & 85. Pann. lib. 1. cap. 147.*

(7) In eadem Gregoriana editione inscriptio cap. 2. Calumniator. 2. q. 3. hæc est: *Item Damasus Papa ad Stephanum Archiepiscopum epistol. 3. Et in Notis est: Verba ipsa Damasi referuntur infra 4. q. 4. c. Nullus introducat.] Et in margine: 4. qu. 4. Nullus introducat. Et ex Fabiano infra 3. q. 6. cap. 1. & ex Sixto infra eadem q. 8. Qui crimen.] Inscrip- tio cap. 2. Nullus. 4. q. 4. hæc est: Item Damasus Papa epistol. 3. cap. 7. In margine est: Poly. l. 5. tit. 1. Burch. 16. c. 31. Pann. l. 4. c. 80. Ivo p. 6. c. 337.*

(8) Ante caput 4. *Si quis Episcopum. 2. q. 3. in eodem libro est tantum hæc vox: I T E M. Et in Notis additur: Sic est in plerisque vetustis codicibus. In vulgatis autem legebatur: Item Damasus Papa. Extat autem caput hoc in capitulis Hadriani c. 62. & in Concilio Eliberitano c. 75. Ivo citat ex Carthaginensi. Et in tomis Conciliorum adjungitur Carthaginensi ter- tio. In margine hæc sunt: Ans. l. 3. c. 92. Ivo p. 6. c. 240. Burch. l. 2. c. 195. In Notis: Nec in fine] Sic legitur in Concilio Eliberitano, non in hoc tantum ca- none, sed etiam in aliis. Quam ob causam, atque etiam ob glossam, nihil est mutatum. Apud Hadria- num tamen est, nisi in fine dandam ei non esse com- munionem. Apud Ivonem, non nisi in fine dandam ei esse communionem.]*

(9) Capitis 5. *Violatores*. 25. q. 1. inscriptio in eodem Gregoriano libro est : *Item Damasus Papa*. Et in margine hæc sunt : *Deus ded. p. 4. Ans. l. 3. c. 116. Poly. l. 4. tit. ult.* Fons non inventus est à selectis viris.

(10) Capitis 52. *Sine exceptione*. 12. q. 2. in eodem libro inscriptio est : *Item ex epistola Leonis Papa universis Episcopis per Siciliam constitutis*. Et in margine : *Ans. l. 5. c. 69. & l. 6. c. 189.* Et in vers. Episcopus additur in margine : *In Concilio Carthagm. 4. c. 31.* Et in vers. *Irrita* : *ibid. c. 32. & ext. de his qua fiunt à præl. c. 1. Ivo p. 3. c. 231. Pann. lib. 2. cap. 86.* Inscripção cap. 1. de his quæ fiunt à præl. est : *Ex Concilio apud Valentiam*. Et in margine : *Burchardus libro tertio decret. cap. 170. Ivo part. 1. cap. 231. Pannormia lib. 1. c. 86. & c. 1. eodem tit. 1. compilat. Inscripção cap. 8. c. tit. est : Idem (Innoc. 3.) Meten. Archidiacono. *Tua nuper &c.* Et in margine : *Cap. 2. tit. de his qua conced. ab Episcopo sine consen. capit. in 3. compil.**

(11) Inscripção capitis ultimi distin. 82. in eodem libro hæc est : *Vnde in Concilio Hybernensi : Presbyter si fornicationem &c.* In margine est : *Poly. l. 4. tit. 33.* In Notis : *Caput hoc citabatur ex Concilio Gangrensi, in quo non legitur. Emendatum est ex Polycarpo & alio libro manuscripto per vetusto, in quo libro sunt multi canones pœnitentiales; & hic refertur ex Theodoro Archiepiscopo Hybernensi.* In casu est : *Sancti patres in Gangrensi Concilio congregati &c.*

(12) Est etiam caput 102. *Placuit ut nullus*. 1. q. 1. in eodem libro ita inscriptum : *Item ex Concilio Bracarensi secundo cap. 4.* In Notis additur : *Emendata est inscripção ex aliquot vetustis codicibus. Nam in vulgatis erat, ex Carthagenensi quarto, in quo non habetur.* Inscripção cap. 103. *Placuit ut unusquisque* est : *Item ex eod. c. 7. De capite 4. Si quis. 2. q. 3. v. de suprâ addit. 8.*

(13) In eodem libro inscripção capitis tertij si inter Episcopos. 6. q. 4. hæc est : *Vnde Bonifacius Papa Episcopis Gallia.* Et in Notis est : *Episcopis] Sic est emendatum ex aliquot vetustis codicibus, Burchardus*

DIALOGUS DECIMUSQUINTUS. 165

Ivone, & Polycarpo. Antea erat, populis. Simillima
verò huic capiti leguntur Novella 123. c. 34. apud Iu-
lianum Antecessorem. In margine hæc sunt: Poly. l. 5.
tit. 4. Burch. l. 1. c. 57. Ivo p. 5. c. 167. Pann. l.
4. c. 22.

(14) Ante caput tertium Nulli liceat ignorare. 12.
q. 2. in eodem libro inscriptio est: Item Bonifacius
Papa. Et in margine est: Al. Ex decretis Bonifacij II.
Papa. 6. Capitul. c. 303. Poly. l. 6. tit. 15. Burch. l. II.
c. 17. Ivo p. 14. c. 87. Pann. l. 5. c. 113. Fontis obliti
Romani sunt.

DE EADEM RE, ET DE ALIIS
Gratiani erroribus.

Dialogus decimusquintus.

C. Quid esse in causa dicemus cur tam
multæ inscriptiones falsæ inveniantur?
B. Quorundam hominum audacia, aliorum
simplicitas & tarditas causa est. Audacia eo-
rum qui finxerunt quædam ab aliquibus scri-
pta esse quæ nunquam scripserunt; simplici-
tas & tarditas eorum qui facilè crediderunt
ita esse ut in aliquo alio libro legerunt. de
quibus dici potest quod de pecoribus quæ se-
quuntur sui gregis alia oculis conniventibus.
Huc accedit librariorum imperitia & negli-
gentia; qui facilè, ut imperiti medici & phar-
macopolæ, aliud pro alio venditant. **A.** Est
etiam illud addendum, quòd paucos invenias
qui huic generi studiorum operam dederint.
B. Quid mirum, cum præmia nulla sint, ut
his qui litium causa discunt. Honos enim